

1127, agost, 22

Gaufred Bernat defineix a Sant Daniel, després de sentència judicial i de declaració del comte Ramon Berenguer de Barcelona, certes possessions de Montfullà, Vilablareix i Vilademany.

ASD núm. 20, perg. mig., 200 x 555 mm. Ed.: J. G. Rom r JALPI, *Resumen historial*, 387-388.

Sit notum cunctis hanc scripturam legentibus quoniam Ermessendis, abbatissa Sancti Danielis una cum sibi congnatione comissa uenit ante dominum Raimundum comitem Barchinonensem ac marchionem, Prouincieque ducem, et conquesta est super Gaucefredo Bernardi ex malefactis et forciis ab eo illatis in honore Sancti Danielis quero Ermessendis comitissa et filius eius Berengarius prephato monasterio libere et absolute pro remissione peccatorum suorum possidendum deuota et spontanea roente dederunt, scilicet in parrochia Sancti Petri de Montefoliano et de Uillablarex et in laco de Uillademuc(sic), ad quod respondit Gaucefredus Bernardi quod hec omnia auus eius et pater habuerunt et tenuerunt usque ad diem obitus sui. Auditis a comite utriusque partis querimoniis et responsionibus et perlectis scripturis in quibus continebatur donum prephate Ermessendis et filii eius quas pretendere abbatissa et sui, ex precepto ipsius diiudicatum est a magnatibus sue curie, scilicet Petro Barchinonensi archileuita et Umberto et Guilielmo Gaufredi de Ciruiano et Petro Raimundi de Uillademan quod si Gaucefredus Bernardi probare posset scripturis aut testibus hec auus eius aut pater habuisse et tenuisse sine querimonia predictae abbatisse Sancti Danielis uiuente Raimundo Berengarii comite uetulo bone memorie inconcusse de cetero possideret. Auditoque iudicio quia uidit se Gaucefredus in probatione deficere, per presentem difinicionis scripturam diffinit et euacuat ac omnino dimittit domino Deo et abbatisse Sancti Danielis iamdicti cenobii necne sanctimonialibus inibi degentibus in presentia Petri Barchinonensis archileuite et Umberti et Riembali ac Berengarii Gerundensis capitis scole et Guilielmi de Cardona et Otonis de Fornels et Raimundi Renardi de Roca et Berengarii dapiferi et Guilielmi Gaufredi de Ciruiano et Petri Raimundi de Uilademan et Guilielmi Raimundi de Gerundella quod numquam amodo in iamdicto honore uel in omnibus ibi habentibus uel in future habituds, tam in hominibus quam in ceteris rebus ipse nec aliquis homo uel femina per eius uocem aut successionem quoquo modo aliquid requirat aut requirere possit. Si autem ipse aut aliquis per eum aliquo modo aut occasione hoc transgressus fuerit et infra .xxx. dies quibus amonitus fuerit ab habitatoribus iamdicti cenobii non redirexerit, posmodum prephato cenobio Sancti Danielis ac sanctimonialibus eiusdem loci malefacta ab eo uel a suis peracta in tripla redirigat.

Acta est hec scriptura difinicionis uel euacuationis .xr. kalendas septembris anno .x:x. regni Ledouici regis.

Sig+num Gaucefredi Bernardi, qui hanc diffinitionis et eqiacuationis cartam fieri iussi, firmaui firmarique rogau. Sig+num Raimundi comes*. Sig+num Petri archileuita*. Berengarius, Dei gratia Girundensis ecclesie episcopus*. Berengarius caput scole atque iudex*. Sig+num Petri Raimundi de Uillademan. Gaucefredus, Bisullunensis archileuita*. Sig+num Umberti. Sig+num Reamballi. Sig+num Otonis de Fornels. Sig+num Raimundi Renardi de Roca. Sig+num Berengarii Bernardi, dapiferi. Sig+num Guilielmi Gaufredi de Ciruiano. Sig+num Guilielmi Raimundi, uicarii.

(*s. man.*) Petrus Martini, diachonus, qui hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 96-97